

IN TABERNA

In in taberna quando sumus, non curamus quid sit humus,

(pp) Sed ad ludum properamus, cui semper insudamus.

(mf) Quid agatur in taberna, ubi nummus est pincerna,

(pp) hoc est opus ut queratur, si quid loquar, audiatur,

~~(2f)~~ (2f) Hoc est opus ut queratur, si quid loquar, audiatur.

(mf) Quidam ludunt, quidam bibunt, quidam indiscrete vivunt,

(pp) Sed in ludo qui morantur ex his quidam denudantur,

(mf) quidam ibi vestiuntur, quidam saccis induuntur,

(pp) Ibi nullus timet mortem, sed pro baccho mittunt sortem.

~~(2f)~~ (2f) Ibi nullus timet mortem, sed pro baccho mittunt sortem.

~~(f)~~ (f) primo primum mata vini. Ex hac bibunt libertini

(p) semel bibunt pro captivis, post hec bibunt ter pro vivis,

Quater pro Christianis cunctis, quinquies pro fidelibus defunctis,

~~(2f)~~ (2f) Sexies pro sororibus vanis. Septies promilitibus silvanis,

(pp) Octies pro fratribus perversis, nonies pro monachis dispersis,

(pp +rapide) Decies pro nautibus, undecies pro discortantibus,

Duodecies pro penitentibus, tredecies pro iter agentibus.

~~T~~ (2f) Tam pro papa, quam pro rege, bibunt omnes, sine lege.

BIBIT

Bibit hera, bibit herus, bibet miles, bibit clerus

Bibit ille, bibit illa, bibit servus cum ancilla,

Bibit velox bibit piger, bibit albus, bibit niger

Bibit constans, bibit vagus, bibit rudis, bibit magus.

Bibit pauper et egrotus, bibit exul et ignotus,

Bibit puer bibit canus, bibit presul et decanus,

Bibit soror bibit frater, bibit anus, bibit mater,

Bibit ista, bibit ille, bibunt centum, bibunt mille.

Parum sexcente nummate, durant, cum immoderate,

Bibunt omnes sine meta, quamvis bibant mente leta,

Sic nos rodunt omnes gentes et sic erimus egentes.

Qui nos rodunt confundantur et cum iustis non scribantur

Io...etc.....Io.....1234 - IO !